quam eciam in mansis singularibus et areis ubicunque sitis et nunc habitis et habendis a nostro et successorum sive heredum nostrorum iudicio pure et liberaliter sint exempta, nolentes, quod quisquam villicorum nostrorum vel nunciorum ullum habeat iudicium ammodo in eisdem. Ut autem memorate domine idem iudicium possint omni impedimento cessante perpetuo possidere, eisdem super eo dari iussimus in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Datum Libendal anno domini M̄ CC LIIII, idus novembris, XIII indictionis. Huius rei testes sunt Albertus dapifer de Burne et Theodericus frater suus, Rudolfus et Conradus fratres de Luppe, Reinardus de Musgewiz, Ortolfus de Isenberc, Henricus de Lichtenstein et Iohannes scriptor.

(S.)

257.

Conrad, Bischof von Meißen, bestätigt dem Nonnenkloster in Grimma den Besitz des Patronatsrechtes über die Kirchen zu Weßnig, Altbelgern und Torgau und verzeichnet die Einkünfte und Abgaben der einzelnen Plebane. **Meissen, 1255 Mai 26.**

Hdschr.: 3 Orr. Perg., Hauptstaatsarchiv Dresden No. 556 (A, B, dieselbe Hand), Stiftsarchiv Meißen (Depositum ebenda No. 65), (C verschiedene Hand). A und B mit den SS. des Bischofs (vergl. Cod. dipl. II. 1. Taf. II, 2), des Domkapitels (ebenda Taf. I, 1) und des Decans Sifrid an Fäden von grüner, rother und gelber Seide, C mit den SS. des Bischofs, Domkapitels und der Aebtissin von Grimma (Taf. I, 10) an Hanffäden.

Anm.: Die vorliegende Urk. wird bestätigt und transsumirt in der Urk. des Kardinalpresbyter und Legat Guido d. d. Grimma 1267 Octob. 3, Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 712 mit dem S. des Kardinals an Fäden von rother und gelber Seide. — Der Pleban zu Torgau, welcher den Anspruch erhob, quod sibi partem in siligine et partem in tritico et partem in ordeo predicta septem maldaria solvi deberent, *wurde durch Urtheilsspruch des* Nicolaus Ebirhardi decretorum doctor officialis curie episcopalis Misnensis *und* Tytzmannus de Lympach canonicus Wurtczinensis et plebanus in Mogelin, *d. d. Mügeln 1347 Nov. 9, abgewiesen, Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 3108, gedr. Hasche Magazin 7,294 ff. Vergl. dazu No. 319 sowie die Beschwerdeschrift des Klosters Nimbschen an den Kurfürsten Friedrich und die (zusagende) Antwort desselben, d. d. 1524 Nov. 14. 15, ebenda Loc. 8959 Versch. Schriften das Jungfrauenkl. zu Nimptschen anl. fol. 23. 24. 25 (die Eintreibung rückständiger Getreidezinsen in der Torgauer Gegend betr., um die dem Pfarrer zu Torgau zustehenden 7 Malter Korn entrichten zu können).*

:In nomine sancte et individue trinitatis amen:. Permissione divina Chunradus[a]) episcopus, H[einricus] prepositus, S[iffridus] decanus totumque capitulum Misnensis ecclesie universis Christi fidelibus | imperpetuum[b]). Gaudemus in domino et in potentia virtutis eius, cum per inspirationem divinam talia a principibus inchoantur, in quibus pietatis opera exercentur et que ad cultum dei provenire poterunt ampliandi |. Recognoscimus etiam, quod clericali ordini et maxime officio pontificali ex debito est annexum omnes non solum verbo, verum etiam exemplo boni operis excitare et, si quos in opere iam invenerint, | hortari et inducere, ut de virtute proficiant in virtutem. Proinde piis et iustis propositis et operibus illustris principis domini Heinrici[c]) Misnensis et Orientalis marchionis, Thuringie lantgravii et Saxonie comitis palatini gratulanti animo congaudentes munificentiam suam et liberalitatem in domino commendamus, quoniam pauperes feminas in Grimmis Mersburgensis[d]) dyocesis[e]) sub regula beati Benedicti secundum Cisterciensem

257. *a)* C. *C.* *b)* in perpetuum *C.* *c)* H. *C.* *d)* Merseburgensis *C.* *e)* diocesis *C.*